

dem civili bello generōsos spiritus iugum subituros portendere. id quod Cice-  
 ro Philippicis illi obiicit, dum currū eius leonibus iunctum, imperiosi hominis  
 inuidiā ostentare memorat. Et Epistolis ad Atticū, qui auguriū id formidabat,  
 ait: Tu Antonij leones pertimescas, caue, nihil est illo homine iucūdius: & quæ  
 sequuntur reliqua. Sanè hominem qui arte, ingenio vel autoritate longè poten-  
 tiorem se addicat sibi atq; subiiciat, per leonē ab homine domitū intelligimus,  
 quippe quod feræ alioqui ferocissimæ validissimæq; impetum ferocitatemq;  
 sopire mollireq; potuerit. Hac utitur cōparatione Nazianzenus, vbi Basilium  
 ait non modo sibi conciliasse prius Eusebium, sed in suam ita sententiam attra-  
 xisse, vt eius consilijs & monitis in omnibus parere videretur. Notū ex histo-  
 rijs quid Megarensibus acciderit, apud quos Calsius leones, quos ædilibus lu-  
 dis præparauerat, reliquisset. Cū verò ciuitas per Calenum caperetur, Mega-  
 renses ferarū carceres effregerunt, earū vinculis relaxatis, vt irruentibus hosti-  
 bus obiectæ, negotiū eis tantisper facefferent, dum sibi per morā aliquā con-  
 sulere possent: sed enim longè aliter euenit, quia leonēs in ciues ipsos truculē-  
 ti sæuitia cōuersi, tantā inermiū stragē edidere, dum obuios quosq; adoriūtur, E  
 sternūt, atq; dilacerat, vt spectaculum id fuerit vel ipsi hostibus perquam mi-  
 serabile. Atq; vt huiusmodi multa prætereamns, iam verò Pythagoricum præ-  
 ceptum est, animalia curuunguia (ita mihi liceat γαυρόγυγα interpretari) nutriē-  
 da non esse, quippe rapacitatem è ciuitate summoendā. Idem sc̄itit Æschylus,  
 cū leonis catulum in Republica non alendum esse dicit his verbis:

Οὐ χρήν λέοντος σκῆμον ἐν πόλει τρέφειν,

Μαλλιστὰ μὲν λέοντα μὴν ἀλλετρεφῆν.

Ἢν δ' ἐστραφῆ τισὶ τοῖς τρόποις ἰπηρετῆν.

*Catulum leonis alere in urbe non iuuat,*

*Magis cauendum ne leonem nutrias,*

*Quem qui educarit, eius & mores ferat.*

Euripides verò nullo eos pacto censet admittēdos, Pythagoræ præceptū secu-  
 tus, in quo sapienter quidem Æschylus hæc super Alcibiade, impotentiores id  
 genus homines non accipiendos: cæterū si accepti fuerint æquo animo ferē-  
 dos. At Euripides, vt Aristophanicus clamat Dionysius Ranis, in genuē magis  
 locutus, si quidem vt apud Homerum habetur, F

Ὅν τι λέεισι καὶ ἀνδράσι ὄρκα πιστά.

I mmenfum itaq; furorem, quo quis impo-  
 tētius exardescat, significare si collibuisse  
 leonem effingebāt catulos suos diserpentem,  
 imò exosantem, vt Græcum vocabulum ἐξω-  
 σίζοντα interpretemur, non autē ἐκφοίζοντα (vt in  
 vulgatis Hori exemplaribus eodē Capite bis  
 positum nihil significat) quo quidem furore  
 correptum olim Herculem, autores tradunt,  
 eoq; insanix prouectum, vt non hospitis tan-  
 tum filios enecarit, verū & in suos ipsius fi-  
 lios vsque adeo sæuire solitū, vt eos interfecerit:  
 quod non absimile est à pictura leonis pro-  
 prios catulos diserpentis. Sanè Theocritus in  
 Megara Herculis foemina, de furore quem is in liberos exercuerit hæc dicit:

Σχέτλιος ὁσ τὸξείων ἂ οἱ πόρον αἰσῶς ἀπὸ βλαπ

FVRROR INDOMITVS.



Ἢέτινος